

quia,, proprie loquendo, nec Sacerdos, immo nec Deus, absolvit a culpa,, „ vel a pæna peccati, tum quia Scriptura „ nusquam dicit, quod peccata solvan- „ tur, sed quod dimittantur, deleantur „ &c.; tum quia peccata non sunt pro- „ prie vincula, nec consequenter homo „ eis ligatur, aut ab eis solvit; tum „ quia homo non potest absolvit a culpa, „ quæ jam præcessit, nec a pæna, quæ „ nondum advenit, sed duntaxat a rea- „ tu pæna, ad quam subeundam homo „ propter peccatum obligatur . . . Ve- „ rum hoc Abulensis sententia a Theo- „ logis non admittitur, immo cōmuniſime rejicitur, & quia Scriptura pecca- „ torum remissionem per verbum solu- „ tionis vel absolutionis exprimit; unde „ dicitur Iffæ 50. *Dissolve obligationes impietatis:* & Matth. 16. *Quocunque solveris super terram erit solutum & in celis:* & quia eadem sententia vide- „ tur supponere, quod post peccatum remaneat tantum reatus pæna, non vero reatus culpa, quod est falsum.

Secundo Nominales, & ipsorum omnium nomine Gabriel, afferunt, verbū *absolvo te importare, eximo te ab obligatione subjiciendi peccata tua clavibus Ecclesiæ.* At hæc explicatio reicitur pariter a Frassen, qui scribit: „ remittere enim peccatum non est duntaxat relaxare obligationem confitendi peccata. Adeo, quod illa absolutio foret nulla, quando quis solum confitetur peccata venialia, vel alia jam confessa, & remissa; siquidem etiam ante absolu- „ tionem penitentia erat liber ab obliga- „ tione alia peccata confitendi . . .

Tertio Hugo a S. Victore dicit, verba hæc *absolvo te idem significare, ac remitto tibi pænam aeternam pro culpa debitam.* At citatus Frassen subdit huic expli- cationi, quod per illam absolutionis verba detorquentur in sensum impro- prium, quod sic probat: „ Etenim pæ- „ na non est peccatum, licet ex peccato oriatur: unde remittere peccatum, non est duntaxat relaxare pænam pec- „ catis debitam; nec etiam hæc verba „ *absolvo te* significant solutionem a pæ- „ na temporalis debita peccatis, ut vo- „ lunt Alensis, & Sanctus Bonaventura; tum quia, ut mox dictum est, remitte- „ re proprio peccatum, non est tantum relaxare pænam ipsi debitam; tum, quia fieri potest, ut quis cum tanta contritione accedat ad Sacramentum

, „ Pænitentia, ut virtute illius contri- „ tions relaxetur tota pæna tempora- „ lis. . .

Quarto, alii Theologi docent, verborum illorum: *ego te absolvō: hunc esse sensum: ego Sacramentum absolutionis tibi impendo.* At hæc explicatio nec pariter admittitur, quia sicut non ve- rificatur in formis aliorum Sacra- men- torum, scilicet Baptismi, ubi sensus verborum illorum: *ego te baptizo: non est: ego tibi baptismum consero:* ita nec pariter hic idem debet esse sensus formæ in Sacramento Pænitentiae. Et hoc, vel ex eo maxime; quia hoc sensu admisso, omnis Sacra- men- torum forma nugatoria redderetur, quia idem per idem significaret.

Quinto, alii Theologi communius do- cent, quod verborum illorum sensus fit, remittere peccata, adeoque verba illa *absolvo te* non aliud sensum ha- bere, quam *remitto tibi peccata a te commissa.* Et cum his

Dicimus II. Verborum illorum sensum esse, quod per Pænitentia Sacramenti Ministrum Pænitenti remittantur pec- cata, que commisisti.

I. probatur ex Scripturis. Quod Christus dixit Matth. 18., *quocunque solve- riis super terram erunt soluta, & in celo,* pariter dixit Ioannis 10. *quorum remiseritis peccata, remittuntur eis:* ergo peccatorum solutionem, quam Christus in uno loco posuit, in altero loco per peccatorum remissionem explicavit. Insuper idem Christus Pa- ralyticum sanans Marci 12., Matth. 9. Lucas 5., pænitentia Sacramenti exer- citium ostendit: Paralyticus enim dixit: *Fili remittuntur tibi peccata tua.* Et post hæc verba S. Lucas narrat: *& ceperunt cogitare Scribae, & Pharisei, dicentes, quis est hic, qui loquitur blasphemias? Quis potest dimittere peccata, nisi solus Deus?* Vt cognovit autem Iesus cogita- tiones eorum respondens dixit ad illos; *quid cogitat is in cordibus vestris? Quid est facilius dicere; dimittuntur tibi peccata tua, an dicere, surge, & ambula?* Vt autem sciatis, quia filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata, ait Pa- ralyticus: *tibi dico, surge, tolle lectum tuum, & vade in domum tuam.* Et con- fessum confurgens coram illis, talit le- ctum suum, in quo jacebat, & abiit in domum suam, magnificans Deum; & stupor apprehendit omnes, & magnifica- bant